



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Via Trium Dierum In Solitudinem Ad Sacrificandum
Domino Exod. 8. Seu Triduana Ven. Cleri Solitudo Et
Animi Collectio Deo Sacra Duce S. P. Ignatio Loyola,
Societatis Jesu Fundatore**

Zech, Michael

Ingolstadii ; Monachii ; Aug. Vindel., 1762

2. Et æquissimum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60697)

somnolenter, etiam inter confabulationes & risus deproperatis? - - cum Missarum *Sacrificiis* sine prævía omni præparatione, sine devotione, cum tædio decursis? - - Cum suis *Confessionibus* ex consuetudine, sine motu & sensu interno, sine emendatione peractis? - - Cum aliis *bonis operibus*, quorum vix unum intra plures annos numeramus irreprehensibile? - -

O ergo clama mecum, *Timothee*, si sapias: imo clama: cum *S. Bern.* *Heu! quid tutum in Babylone, si in Jerusalem manet scrutinium?* - Clama cum *Davide*: *Si iniquitates observaveris, Domine: Domine, quis sustinebit?* * Ah! centies clama cum eodem: *Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* **

PUNCTUM II.

Judex est equissimus. - - Manifestari oportet ante tribunal Christi.

HOrrendum est, iudicari *ab omniscio* *Judice*: at longe atrocius est iudicari

* *Psal.* 129, ** *Psal.* 142.